

Z f
1449
ib.



T H A L A M U S

Excellentissimi & Clarissimi Viri

DN. MICHAELIS

TRILLERI SANGERHV-

SANI I. V. D.

Et Lectissima Virginis

MARGARITÆ SUSANNÆ

Bogtin/

Viri quondam Clarissimi & Consultissimi

Dn. JOHANNIS Voigt/ QVÆSTORIS

Helmæpontani & Consulis Sangerhusani

fidelissimi & meritissimi relictæ

Filiæ.

XXIII. die Februarij celebratus

â

Civibus, Cognatis & Amicis.

Anno

ConIVgl DonVM.

1918

L I P S I A F, P 123

Typis exscripsit Valentin Am Ende.

SHBM2V2X



BIBLIOTHECA
PONTIFICIANA

UNIVERSITÄTS-
HALLE (SAALE)
BIBLIOTHEK

1602





SCorpius attactu si quem violavit acerbo,
 Scorpius hunc sanans ipse dolore levat.
 Ictus es, & grandem morbum sufferre videris,
 Namq; recens crudo pectore vulnus alis.
 Quæ te virgo suis crudelis fixit ocellis,
 Illa tibi mitis mox medicina foret.
 Erigeris? spe sæpe juvat medicina iacentes,
 Firmior at fies, cum medicina data est.
 Accipe Sponse tuam medicinam, Sponsa tuamq;
 Es medicina viro Fœmina, virq; tibi est.
 Condidit, ornavit, celebravit Christus, & auxit
 Coniugium, jussu, munere, honore, bonis.
 Idem etiam vestrum præsentî Numine firmet
 Coniugium, varijs augeat atq; bonis.

M. Cunradus Bavarus P P.

Accelera gressum talaribus incita Musa,
 Et Sangerhusum suscipe versus iter.
 Opportuno illic Trillerum tempore sponsum,
 Cum vacuis animis regnat Iachus, adi.
 De meliore notâ jussum salvare, pudicâ
 Fronte, meis verbis talia jussa refer:
 Quid Trillere petis tuus ut cum conjugelanus
 Paumelius veniat ad nova festa tori?

Quid

Quid cupis ut tibi jam felici sidere sponso
In thalamum scribat carmina pauca tuum?
Difficile est quod Sponse cupis: quia carmina letum
Sunt opus, & pacem mentis habere volunt.
At contra se vis agitur fortuna procellis
Paumelij, & morbi vis tenet agra virum,
Cynthia ter latuit toto ter & orbe recrevit,
Ædibus ex quo non extulit ille pedem.
Ergo inter varias vitæ sortisq; procellas
Quis locus Aonijs ignibus esse potest?
Non benè conveniunt: nec eodem pectore manant
Tristia de morbo, lætaq; danda toro.
Lætæ canenda decent lætos, sed tristia tristes:
Conveniens operi tempus utrumq; suo est.
Exigis ut Priamus natorum in funere saltet,
Et Niobe festos ducat ut orbe choros.
Quis scit an ex morbo citò tam revalescere possit,
Ad thalami ut veniat gaudia læta tui?
Et licet hoc fiat, fieri quod posse negavi,
Membrorum ut redeat, qui fuit antè, vigor;
Et citò discedat Paumell à corpore morbus,
Aëre & is possit liberiore frui:
Tu tamen hæc rigido constantia frigora cælo
Aspice, & hæud parvæ tædia longa viæ.
Stant fossæ impletæ, passim cava flumina crescunt,
Deq; nive hybernâ proruit agmen aquæ.

Quem

Quem vis nulla domo patriâ propellit: an illi
 Suadebis MICHAEL temporis huius iter?
 His ergò absentem tibi sat rationibus æquis
 A me excusatum, Doct̃or amande, peto.
 Sed ne sit crimen vix excusabile Iano
 Paumelio, thalamum non cecinisse tuum,
 Usus amicitie cum sit sibi candide tecum
 Tantus, ut hunc egrè dissimulare queat:
 Accipe, quæ mittit, memorem testantia curam
 Carmina, læticia signaq; læta sua.
 Nam licet haud præsens conviva vocatus adesse,
 Æger & huc longum carpere possit iter:
 Illic vota tamen pro tædis concipit absens,
 Ut sint conjugij prospera fata tui.
 Ne pestis linguæ vos fascinet atramentis:
 Sed cedat salvo noxa repulsa toro.
 Non huc perveniant livor, curæq; sequaces,
 Atq; lues odij sit procul omnis atrox.
 Sit præsens, faveatq; pijs Concordia votis;
 Gaudia conveniant, conveniantq; joci.
 Ludite nunc hilares, & lætâ prole feraces:
 Securo longos ludite corde dies.
 In primis fuerit si noctis amicioꝝ umbra,
 Margaris & lectum nupta Susanna petet:
 Itu præ Trillere, torum conscende, tuamq;
 Amplexu Sponsam claude, sinuq; tuo.


A 3.

Atq;



Atq; columbatim luctantia fige labellis
Oscula, blanditijs non caritura suis.
Nec minus intactam Susannæ tange coronam,
Materiam laudis, si potes inde petens.
Eventura loquor: thalamo persolve gratas
Primitias, vobis quas dabit ipsa Venus.
Sic poterit tandem, cecinit qui fœdera lecti,
Ille Genethliacos fundere ab ore sonos.
His dictis, dextræ curvato poplite fige
Oscula, & buc, Sponsis fausta precata, redi.

Iohannes Paymelius Ragunensis.



Sponsus ad sponsam.

ET quid in humanis, O dilectissima Sponsa,
Plus unquam valuit, quam bona vota valent?
Coniunctis thalamo en nobis gratatur ovansq;
Fundit at Heckbelius vota precesq; Deo:
Concordes omni vivamus tempore, summus,
Concordes largâ prole Jehova beet.
Ædibus in nostris habitent Charis, atq; Venustas,
Hinc procul hinc volitent dedecus atq; dolor.
Insuper & poscit promissa: quid aurea censes
Sponsa? datam turpe est commaculasse fidem?
O benè idem mecum sentis? quod debeo solvam,
Promissâ Frater veste decenter eat.

Tu

216.

*Tu si nil reuues quod poscam spero, corona,
 Votarata Heckbelij dante Tonante fore.*

Gratulationis

*&
 in iti olim pacti
 factæq; promissionis
 admonitionis ergo*

L. c. t. f. M. Thomas Heckhelius Lips.

Est Deus; est castos semper qui jungit amores;
 Estq; Dei magnum, tæda; jugalis opus,
 EN TRILLERE tibi dabitur jam virgo pudica;
 Ecce venit votis, virgo petita tuis.
 Ergò agè cervicem vinclo submitte jugali,
 Fortunat Deus hoc, quod benè cæpit, opus.

M. Franciscus Kest Lipsi.

Ad est evos vocati
 Ad nuptias, adeste
 Tu Sponse, tuq; Sponsa,
 Tu Doctor, & Magister,
 Tu Pastor, atq; Rector,
 Tu Consul, atq; Iudex,
 Tu Sartor, atq; Sutor,
 Viriq; cum maritis,
 Iuvenesq; cum puellis,
 Et quotquot hîc adestis,
 Adeste, Cantilenam
 Apollinisq; suavem

Audite

Audite, gratulantem
Sponso, suæq; Sponsæ:



Joseph lieber Joseph mein.
Est. ex. Eo. VALETE.

M. Samuel Ruling Groicensis
Poëta Laureatus.


Venus medica.

T Rillerum morbô stratum Themis alma videbat,
Morbô, quem Veneris tela ferire solent.
Langvorem fidi famuli Themis alma dolebat,
Quod sua non posset regna juvare miser.
Ergò Cyprigenas, matrem, natosq; vocabat,
Quitanti misero causa doloris erant.
Cur, malesana Venus, cur vos vexatis amores?
Aut relevate animos, aut simul occidite.
Tum Venus antethronû prostrata, quid alma, requiris
Amplius? ad vivos jam revocabo virum.
En tibi Prætoris prognatum germen in borto
Gemmulaq; Irenes monte recisa venit.
Gemma potest oculos & cor curare tementis,
Et roseô succo pallida philtrea cadunt.
Sic ait & medicas Trillero accommodat arteis,
Propallore rubor, pro cruce luxq; redit.

Tum

*Tum Venus ipsa suos blandos invitat amores,
 Et Charitas: claros tum Themis alma viros:
 Eusebieq; suos, condosq; Minerva ministros;
 Qui simul ad lectum talia vota caunt:
 Qui jam concumbunt, thalamoq; tenentur eodem,
 Horum eadem semper pectora flamma petat:
 Ut maneant unum, sint unum, multa q; prodant
 Pignora, Mathusala secula multa terant.*

M. Johannes Thalmanus
 Phil. & SS. Theol. Stud.



*Phantasmata super Novorum Conjugum
 nominibus*

Michael Trüller Jurium D. } Gratarum Tellus arer, Hanc vim
 Margereta Sufanna Vogtin. S dignior unam vis late

*Gratarum Tellus ut arer libet indiga frugum,
 Dum licet, & viso limiti adhinnit equus.
 Cultor ades, dentale solo bene deprime, campō
 Omne iubas juxta strideat unde jugum.
 Semina tum cura spem sulcis occulat anni,
 In sterili lappæ ne dominantur agro.
 Hæc Tua, Trulleri, Sufanna susurrat ad aureis,
 Illa suo posthac Grata marita Mari.
 Exequar imperium refer: Hic rulla Malè Buim
 Rure quidem didicit Rusticus ante sequi.
 Vomemis*



Vomeris ignarum peperit me Mater in astu,
Distent quid rastris tribula, nec memini.
Quid possim tamen, experiar, succedat arandi
Vile rudi mentum Cypridis auspicijs.
Sponsa mone delirantem: *Vis dignior unam
Latè hanc vim Cereris pellat abesse domo.*
Cætera clementi do procuranda Deorum
Arbitrio, studijs ulteriora meis.
Illinc, quis dubitet? magni Tritura caloris,
Et foetus venient horrea plena sui.

Cyriaci Heydelbergi Voigt, Iurium Stud.

MICHAEL TRILLERUS, D. J. U. D.
MARGARITA SUSANNA PRÆTORIA.

Ἰλλε Τυρρῖς, Λαμῆχ.
Ἰ Μαρῆρις Βιτῆ, Προσαννα Ἀρα.

Resolutio.

Sponsa, quid est sponsus? miser est, natusq; labori,
JLLETUUS LAMECHINQ; FORO INQ; TORO.
Ille simul TVRRIS fortissima, rebus in arctis
Turris, Et in letis rebus amica quies.
MAGARIS I sponsa o oculis cordiq; trementi,
JVITÆ contra tristitiam atq; necem.
PROSANNA atq; dolo cæli astra petente Cyclopum
ARA iugi firmo sancta favore DEI.

O Ergo

O Ergo felix nimis, & laudanda Susanna,
Margaris ut vitæ est araq; iuncta viro.

Godofredus Seumius. S. art. et SS. Th. Stud. Lipsf.

~~XX~~

TEr septem atq; Vè DVos Vbl febr VVs Irrlplt or-
TVs ,

Ornat Vs sponsa VIX, tor VLo InferoIs.

Nunc est saltandum, nunc est pede terra premenda ,

Sponsa premat terram, Sponsus eamq; premat.

Gaudia concipiant sponsi sponsæq; propinqui ,

Gaudia concipiat cunctus ijsq; favens .

Cunctus ijsq; favens lætetur , & ipse precetur :

Pacificum semper connubium hocce fiet.

Daniel Paulonius Sangerhusanus
LL. Studiosus Lipsiensis.

~~XX~~

TRILLERE, Aonia decus immortale catervæ,
Et Themidis, claris fax benè nota viris.

Jungitur, ecce, tibi compar, duce & auspice CHRISTO,

Illa in virgineo Gemma decora choro.

O fati melioris opus! sic nempè Citberis

Esse cupit cunctis, quos Themis alma beat.

Iohannes Mylius Sangerhusanus
Sponsæ Cognatus.

F I N I S.




Pom. 7/14499

RK.

loma



THA
 Excellentiffi
DN. MIC
TRILLER
 SANI
Et Led
MARGARIT
 Viri quondam C
Dn. JOHANNIS
 Helmæpontani &
 fideliffimi &
XXIII. die Fe
 Civibus, C
 ConIV
 1918 LI
 Typis exscripsi



449
 13.

X 2124948

BIOTHEK